

„vente, qui tum quoque, cum ipse affligebatur, DEUS fuerit ater-  
nus, Christum agnovisse. Et haec tenus Eniedini verba ac ar-  
gumenta recensuimus, quæ contra consuetam Jobæi textus  
interpretationem afferre voluit.

## V.

Quia verò temerarium est, ab Ecclesiæ ἐξηγήσει, tanto  
consensu haec tenus propositâ & inculcatâ, discedere, idcirco  
dictum hoc classicum, ordinariæ disputationis loco, diligen-  
ter considerabimus, & à strophis adversariorum vindicabi-  
mus. Quod ut fiat rectiori ordine, discursum hunc nostrum  
septem præcipuè membris inclusum dabimus.

Dispositio  
hujus dis-  
sertationis.

Primum continebit post textum, ἐξαρτίθμησιν variarum  
versionum.

Secundum, brevem textus Hebræi ἀνάλυσιν.

Tertium, ἔκθεσιν vel ὠρίφρασιν.

Quartum, Theologicam ἀπόδειξιν.

Quintum, contrariarum rationum ἀπίλυσιν.

Sextum, brevem ad quæstiones nonnullas è textu flu-  
entes ἀναπόκρυσιν.

Et denique septimum, quorundam locorum commu-  
nium ἀπιστημείωσιν.

## VI.

Membrum primum.

ἘΞΑΡΤΙΘΜΗΣΙΣ VERSIONUM.

Textus.

: וְאֲנִי יָדַעְתִּי כִּי אֶחָדָן עַל-עֵפֶר יָקוּם: V. 25.

: וְאַחַר עוֹרִי נִקְפָּז אֶחָד וּמִבְּשָׂרִי אֶחָדָה אֱלוֹהִים: V. 26.

: אֲשֶׁר אֲנִי אֶחָדָה לִּי וְעֵינַי רָאוּ וְלֹא יָדָר כָּלֹו כְּלוֹתַי בְּחֻקֵּי: V. 27.

Versio LXX. interpretum.

Variant nonnihil editiones versionis Græcæ. Nam  
aliter legitur & distinguitur in opere regio: aliter in editio-  
ne Basiliensi, anno 1545. excusa in folio, per Johan. Hervag-  
ium. In opere regio sic legitur:

V. 25.